

Zur Biographie des hl. Antonius von Padua.

Von

P. Leonhard Lemmens O. F. M.

Während die Verehrung des hl. Antonius von Padua stetig zunimmt und neue Formen und Weisen findet, ist das Studium seines Lebens und Wirkens wenig vorangeschritten. An Biographen hat es dem Heiligen nicht gefehlt, aber von fast allen gilt, was die *Analecta Bollandiana* von dem Buche Heim's sagen: „l'histoire et la légende s'entremêlent“;¹ verbürgte Traditionen und spätere Zuthaten werden nicht geschieden, und das Bild des Heiligen wird entstellt.

Die letzten Jahre haben einen Fortschritt gebracht. Zunächst schrieb Lempp die Artikel „*Antonius von Padua*“;² wenn wir auch manche seiner Ansichten wegen der willkürlichen Kritik ablehnen, so gestehen wir, dass er mit Fleiss die alten Legenden und Nachrichten zusammenstellt, ihr gegenseitiges Verhältnis genau untersucht und die Scheidung zwischen Geschichte und Zuthat mit Erfolg eingeleitet hat. Einen grossen Fortschritt bedeutet sodann die Arbeit des Franziskaners P. Ferdinand d'Araules; er veröffentlichte 1900 die „*Vita B. Antonii a fratre Joanne Rigaldi ordinata*“;³ welche eine grosse Lücke in der Geschichte des hl. Antonius teilweise füllt und besonders für seine Wirksamkeit in Frankreich gute Nachrichten gibt. Zu gleicher Zeit schenkte Lepitre sein schönes Buch „*St. Antoine de Padoue*“, welches in besonnener Weise der historischen Kritik gerecht wird.⁴

¹ *Anal. Boll.*, Bd. XV S. 98.

² In der *Gothaer Zeitschrift für Kirchengeschichte*, Bd. XI, XII, XIII.

³ Johannes Rigaldi starb 1323 als Bischof von Tréguier.

⁴ Das Werk ist erschienen in der Sammlung „*Les Saints*“ (Paris, Lecoffre, 1901).

Hier wird nun eine Legende des Heiligen mitgeteilt, welche ohne Zweifel dem 13. Jahrh. angehört und bisher der historischen Forschung entgangen ist. Lempp schreibt (a. a. O. Bd. XIII S. 44): „Weder die älteste Legende, noch überhaupt irgend eine Legende des 13. Jahrhunderts weiss irgend etwas von Wundern zu Lebzeiten“; wir wollen ganz übersehen, dass diese Behauptung falsch ist, da die älteste Legende uns ein Wunder berichtet, welches der Heilige gewirkt hat, „dum adhuc viveret“;¹ wir beschränken uns auf diese eine Bemerkung: hätte Lempp gesagt: irgend eine bisher bekannte Legende, so wäre er in den Grenzen der Logik geblieben; aber von den wenigen bisher bekannten Legenden des 13. Jahrhunderts auf alle schliessen ist unlogisch, und damit erledigt sich die unpassende Bemerkung, welche Lempp hinzufügt: „Die Wunder in den späteren Legenden sind teils offenbare Nachahmungen, teils wunderbare Ausschmückungen eines ursprünglich natürlichen Vorgangs, teils, soweit sie reine Erfindungen sind, läppische, oft fast frivole Zauberstückchen.“ Ehe man in dieser Weise schreibt, muss man sich mehr umsehen und eine gewisse Sicherheit haben, dass die früheren Legenden alle auf uns gekommen und aus dem Staube der Bibliotheken gehoben sind.

Die Legende, welche hier zum ersten male mitgeteilt wird, steht in einer Handschrift des 13. Jahrhunderts, einem alphabetisch geordneten Legendarium, das besonders die Heiligen Toskana's und des Franziskanerordens berücksichtigt; die Handschrift gehörte früher dem berühmten Kloster Santa Croce zu Florenz und kam später in die dortige Biblioteca Laurenziana.² Ueber den Verfasser der Legende vermögen wir nichts zu sagen und auch nicht über die Zeit, in welcher sie entstanden. Ein flüchtiger Blick zeigt, dass sie an manchen Stellen wörtlich übereinstimmt mit der „Vita auctore anonymo valde antiquo“ der Bollandisten.³ Ihr Wert besteht darin, dass sie ver-

¹ Vgl. P. Hilaire de Paris, St. Antoine de Padoue (*Montreuil-Sur-Mer* 1890) S. 59, und *Acta Sanctorum*, Juni III, S. 213, n. 64.

² *Cod. 9 Plud. XXXV sin.*; eine ausführliche Beschreibung der Handschrift bei Bandini, *Catalogus codicum latinorum Bibliothecae Mediceae Laurentianae*, Bd. IV (Florenz 1777) S. 322 ff.; aus demselben Codex haben wir eine Vita der hl. Elisabeth von Thüringen veröffentlicht in *Mittheilungen des historischen Vereins der Diözese Fulda*, IV S. 15.

³ Vgl. *Acta Sanctorum*, Juni III, S. 198 ff.; diese Legende ist eine Uebersetzung der Urlegende „*Assidua fratrum*“ (*Bibl. Hagiographica Latina*, n. 587);

schiedene neue Berichte der Urlegende hinzufügt und die Kenntnisse, welche das 13. Jahrhundert vom hl. Antonius gibt, beträchtlich vermehrt. Sie erzählt mehrere Wunder, welche er zu Lebzeiten gewirkt; u. a. bietet sie die älteste bisher bekannte Nachricht über die vielgefeierte Fischpredigt des Heiligen.

Antonius in civitate Ulixbona natus soli Deo servire cupiens ab ipsa pueritia se Deo et ecclesiasticis officiis dedicavit, et postmodum relictis mundanis vanitatibus habitum regularium canonicorum assumpsit. Audiens tandem, quod apud Marocchium aliqui fratres minores praedicando christianae fidei veritatem pro Christi nomine amputatis capitibus gloriam martyrii adepti sunt, et quod eorum reliquias filius regis Portugalliae, nomine Petrus Infans, a Marocchio detulit et passionem eorum et facta per eorum merita miracula divulgavit, totus a fidei fervore subripitur et ad martyrium animatur. Ideo habitum praedictorum minorum accepit cum hac protestatione, ut ad partes infidelium mitteretur. Sed cum nutu Dei prohiberetur, quia Deus ipsum ad alia elegerat, ventis sibi contrariis repugnantibus et infirmitate corporali gravatus esset, se totaliter divinae voluntati et dispositioni commisit, et inter fratres diu humiliter degens et omnia domus viliora officia peragens lumen sapientiae diu abscondit, ut quietius in humilitate viveret et perfectionem prius disceret et faceret, quam doceret. Cum autem placuit Deo, ut haec ardens facula mundo innotesceret, ductus est a fratre Gratiano in provinciam Romandiola, ubi ipse erat minister, et quandam cellam remotam in crypta habitavit orationi vacans assidue; ubi tanta corpus abstinencia maceravit, ut vix necessaria sumeret sustentationi naturae; nam panem aridum et aquam degustans in pondere et mensura ita corpus afflixit, ut ipsum spiritui subiceret, quod prae nimia debilitate nutante vestigio se ipsum supportare vix poterat. Hic diu lumen sapientiae abscondit et simpliciter et humiliter cum fratribus conversans omnia agebat domus officia viliora. Cum autem apud Forlivium pro suscipiendis ordinibus plures clerici convenissent et fratres minores et praedicatores, affuit inter eos minister praefatus cum Antonio; et cum tempus adesset, ut verbum exhortationis proponeretur, omnes se imparatos asserunt. Beatus Antonius a suo ministro compulsus, qui de ejus sapientia nihil adverterat, nisi quod interdum grammatice aliqua loqui eum audierat, surrexit et primo se humiliter excusans potius se excercitatum esse dixit in abluendis paropsidibus; sed per obedientiam compulsus tanta profunditate verborum et mysteriorum revelatione abundavit, ut viderentur rupti omnes fontes et abyssi et cataractae caeli apertae, ita ut omnes converteret in stuporem. Et tunc praeco verbi Dei factus circuibat civitates et villas praedicans ver-

sie ist sehr alt, da Vincenz von Beauvais ihr seinen Bericht über den hl. Antonius wörtlich entnommen hat.

bum Domini tanta efficacia et virtute, quod obstinatissimos in peccatis et raptores et usurarios et meretrices publicas et homines desperatos et sceleratissimos in peccatis ad Christum converteret et iugo Christi subjiceret. Haereticos autem apertis rationibus convincebat et cum eis disputando plurimos convertibat ad Christum; inter quos famosum (fol. 8^v) haeresiarchum nomine Bononillum a triginta annis errore deceptum orthodoxae fidei subjugavit. Nam et semel praedicans haereticis, cum derideretur ab eis, dolens convertit se ad pisces fluminis, quod prope erat, dicens: „Pisces audite verbum Domini“; mox ante ipsum undique congregantur et steterunt erectis capitibus, donec facta praedicatione et accepta benedictione abirent. Tanta etiam devotione coepit populus post ipsum currere, ut in Paduana civitate non sufficeret locus pro multitudine, sed ad agros extra se contulit, et nullus apothecarius operabatur in terra, nisi viri Dei sermone finito. Illic episcopus aderat et clerici et religiosi et nobiles et plebei in tanta multitudine, quod ultra triginta millia invenirentur; nam et circumquaque civitates et castella sequebantur eum, et tantum ejus verba corda movebant audientium, quod vix sine lacrimis et cordis mutatione audiri poterant; nam et sacerdotes non sufficebant confessionibus audiendis, et tanto amore omnes ejus vestes tangere cupiebant, quod, nisi a validis juvenibus stipatus defensaretur, opprimi videretur.

Cum autem semel fratribus in capitulo praedicaret de titulo crucis Christi, beatus pater Franciscus, qui tunc in remotis agebat, ad ostium capituli in aere brachiis extensis apparuit et suo perfecto filio et fratribus cunctis, qui aderant, benedixit. Alia vice circa Quadragesimae principium diabolus invidus in eum irruit et guttur ejus strinxit, sed ipse mox gloriosam virginem invocans oculos ab hoste liber aperuit totamque cellulam lumine refulgentem conspexit, quia angelus lucis a virgine missus angelum repulit tenebrarum. Cum in quodam castro de sacramento in Parasceve praedicaret, subito recordatus, quod lectionem in choro fratrum dicere debebat, siluit diu et post ad se rediens sermonem, ubi dimiserat, reincepit; repertumque est, quod illa hora, qua siluit, lectionem sibi debitam in choro fratrum cunctis audientibus legit et nihilominus eodem tempore in remotis partibus populis praedicabat. Quaedam domina devota cellarium aperiens et vinum sancto propinans alacriter incaute apertum dimisit; sed porca quaedam ingressa cannellam de vegete avulsit et totum dolii vinum fudit. Rediens mulier et hoc videns flere coepit, quia de suo viro sibi aspero metuebat; cui vir sanctus compatiens in Deo facta oratione vegetem usque ad summum subito replevit, et vas vitreum in minutas partes confractum integre reparavit; moxque inde fugiens praecepit, ut nulli hoc, dum viveret, aperiret. Juvenis quidam frater stimulatus a carne ad saeculum redire volens pro se orare petiit; sanctus Antonius celebrata missa et oratione pro eo facta cum paramentis indutus ad juvenem accessit; at ille obstupuit; cui sanctus: „Aperi, inquit, os tuum“, qui timens ac stupens os aperuit; et sanctus in eum insufflavit, et ex tunc liber a tentatione in ordine perseveravit. Die

quadam de colle eminenti civitatem Paduanam conspiciens coepit eam magnis laudibus extollere et in proximo singulari honore sublimandam asseruit; quod spiritu prophetico dixisse patet, quia post modicum tempus per ipsius sanctas reliquias et per multa divinae potentiae miracula undique confluentibus turbis singulariter honoratur. Tempore messis secessit a turbis, ut locum daret populis ad fruges colligendas, et in quodam nemore in nuce excelsa propriis manibus cellam construxit, ibique tam a terra quam a terrenis artibus totus remotus soli Deo vacans lacrimans et orans assidue immensas consolationes et divinas illustrationes promeruit. Tandem infirmus relatus ad civitatem Paduanam, cum eum Dominus de hujus mundi naufragio vellet eripere, sicut et ipse Deo revelante praevidit, coepit alta voce hymnum gloriosae virginis decantare scilicet: „O gloriosa domina“; deinde sursum erectis (fol. 9^r) luminibus alacri vultu aspiciens dixit fratribus assistentibus: „Ecce advenit dominator dominus Jesus Christus; ecce venit rex, occurramus obviam Salvatori nostro. Ecce agnus Dei, quem diu desideravi, jam video comitatum agminibus angelorum; jam quem speravi, teneo; quem mundo praedicavi, intueor; quem dilexi, amplector; se sequar, quocunque ierit; mihi tolli non poterit, cum meum cor abstulerit. Principes portas vestras attollite; coeli cives occurrите, triumphatori dicite: Salve Jesu, rex inclyte“. Et post hoc surgens inter manus assistentium dormienti similis obdormivit in Domino. Et anima illa sancta innixa dilecto suo angelis comitantibus ad gaudia polorum perenniter regnaturus ascendit; decessit autem feria VI., ut perfectus passionis Christi imitator, 18. kal. Julii anno Domini 1231.

Fratres vero non statim ejus transitum propalare volebant, quia turbas irruituras timebant, sed Dominus miraculose toti civitati revelavit. Nam pueri catervatim protinus per terram discurrentes altis vocibus clamare coeperunt impulsu divino compulsi; mortuus est, inquit, pater sanctus, lux nostra migravit, praedicator egregius veritatis occubuit; sanctissimus pater Antonius ascendit in coelum cum Christo perenniter regnaturus. Ad quorum voces tota civitas festinanter accurrit et armati plures, ne corpus rape-retur. Et facto agmine populorum tam virorum quam mulierum altis vocibus cunctis lacrimantibus et flentibus non quidem pro sancti gloria, sed pro sua miseria, quia se tanto doctore privatos videbant, dicebant: „Cur nos Pater sanctissime reliquisti? Cui nos doctor verissime dimisisti? Time-mus enim, ne grex tuus in tuae sanctitatis absentia a lupis et leonibus laceretur; sed proculdubio, quem doctorem veritatis habuimus in terris, speramus nos semper intercessorem assiduum habituros in coelis“. Tandem quinto die transitus sui vix turbis sedatis eum sepelierunt. Et statim ab ipsa die miraculorum prodigia coruscare coeperunt; ex quibus multis approbatis a Romana curia solemniter catalogo sanctorum adscribitur anno eodem sui transitus in Pentecoste, scil. anno Domini 1232, favente etiam cardinali quodam, qui primo resistebat, sed post per visionem monitus ceteris fuit promptior. Visum namque est sibi, altare quoddam a papa consecrari de-

bere; cumque reliquias sanctorum, quas in eo poneret, non haberet et quaereret ab illo, et ille, unde acciperet, ignoraret, dictum est sibi, ut reliquias novas de funere novo, quod aderat, tolleret, beati scl. Antonii confessoris, et ipsas in altari consecrando locaret; qui mox evigilans et revelationem Dei fuisse non dubitans promptior ceteris fuit ad sancti canonizationem et honorem. Reperta sunt autem et approbata miracula plurima. Nam 19 contracti erecti, paralitici 5 consolidati, totidemque a gibborum deformitate curati; caeci sex illuminati, trium surdorum aures apertae et eiusdem numeri mutorum linguae solutae; duo ab epylensia (!) totidemque a febris ardoribus liberati; sed et duo mortui sunt mirifice suscitati. Quaedam mulier cadens in aquam S. Antonium invocavit et cunctis, qui eam extraxerunt, madefactis ipsa de aqua illaesa extracta etiam cunctis vestibus siccis et toto corpore fuit. Alia quaedam mulier ad panici custodiam deputata propter infestationem passerum b. Antonium invocavit, ut, quia ipsa non poterat propter avium multitudinem et importunitatem, ipse perficeret, et suum sepulchrum ipsa se visitaturam promisit. Mox, mirabile dictu, mox omnes aviculae fugiunt, nec una quidem de cetero agrum mulieri deputatum intravit. Quidam desperabiliter naufragantes facta confessione se beato Antonio devoverunt, et mox lucis radio adveniente et eos in nocturnis tenebris praecedente tranquillitate facta ad portum deduxit salutis. Soror quaedam ordinis S. Clarae nomine Oliva (fol. 9^v) ignem purgationis formidans pergens ad ejus corpus petiit per beatum Antonium ac obtinuit in hac vita purgari, sed duris nimis passionibus cruciata ceterarum sororum interventu per eundem meruit liberari; sicque beati Antonii meritis evasis poenas vitae praesentis pariter et futurae. Puer quidam a matre voto emisso sanatus a deformitate gibbosa et tumore; sed cum mater votum negligeret, in eandem recidivavit infirmitatem; sed voto iterum iterato ac reddito perfecte sanatus est. Miles quidam de Salvaterra, nomine Orladinus, haereticus, ad mensam sedens referentes miracula B. Antonii deridens sumpto de mensa ciato ad lapidem de alto projiciens collisit dicens: „Si hic ciatus non frangitur, sanctus est Antonius“; quo violenter projecto ad lapidem et illaeso servato penitus, miles erroribus abdicatis perfecte credidit Christi fidei orthodoxae. Clericus quidam sancti miracula irridens mox horrenda passione percutitur, sed ad se reversus poenitens voto emisso ad sanctum sanatus testis publicus efficitur veritatis. Quidam leprosus ad sepulchrum ejus vadens cum ligneis tabellis a quodam nobili est irrisus et, ut nullatenus iret, tanquam ad inane quod dissuasit et dixit: „Si te Antonius curaverit, lepra tua sit super me“; qui nihilominus fidens in Domino et beato Antonio pergit iterum. Cumque post orationem aliquantulum juxta sepulchrum obdormisset, B. Antonius ei apparuit dicens: „Surge, tolle tabellas tuas et ambula, quia sanus factus es; et porta illi viro, qui tibi venire dissuasit et mihi detraxit, quia tua infirmitas ad eum transiit, sicut meruit“; qui mox sanus surgens id, quod sanctus praeceperat, adimplevit, qui ignarus rei mox, ut de manu sanati tabellas recepit, leprosus factus est; sed post poenitens

et nunquam se detracturum sancto promittens redditus est sanitati. Puella, quae in foveam cadens suffocata extincta fuerat et in disco posita, facto voto a matre, ut iconam ceream sancto deferret, protinus aqua evomita liberatur. Alter puerulus sequens patrem in locum cecidit, quem pater mortuum domum referens in gremium matris cum lacrimis projecit, sed mater invocato S. Antonio mox vivum recepit. In civitate Ulixbona filius sororis B. Antonii vix quinquennis cum aliis pueris in mari ludens eversa navicula aliis natantibus ipse solus est submersus; et post tres horas mater accurrens filium mortuum a piscatoribus captum recepit. Et cum eum pater cum ceteris vellet tradere sepulturae, dixit mater: „Aut mecum dimitte, aut me cum ipso sepelire“; et mox conversa cum lacrimis ad B. Antonium dixit: „Frater mi, qui in extraneis es pius et mirabilis, numquid sorori tuae eris crudelis? esto nunc tuae sorori propitia et redde mihi filium, et promitto tibi, quod ipsum in divino servitio tradam ordini tuo“. Mox puer sanus surrexit, et ipsa protinus ad locum fratrum eum duxit, et habitum fratrum minorum accepit et usque in finem laudabilem vitam duxit. Haeretici ejus miracula deridentes quendam ex suis duxerunt ad sepulchrum sancti, qui se fingeret esse caecum, ut in elevato velamine illuminatus, dum videretur a populis, ipsi veritatem aperientes eos deceptos in omnibus aliis similiter affirmarent; et cum aliquantulum substitisset, sicut cum eis ordinaverat, clamavit: „Solvite fasciam, quia B. Antonius me illuminavit“. Et cum solveretur, cum ipsa fascia oculi adhaerentes radicitus cum ejus ineffabili dolore et clamore de capite exierunt; qui mox poenitens cum confusis haeticis B. Antonium contrito corde et oculis lacrimosis orant promittentes, se suas nequitas populis praedicare et erroribus abdicatis vera ejus miracula et credere et narrare; oculis in loco suo repositis restitutus est pristinae sanitati; qui omnia, quae promiserant, (fol. 10^r) protinus adimplentes ad Dominum per B. Antonii merita mirabiliter sunt conversi. Mulier, quae eum secuta fuerat, unius diei meritum posuit in bilancia verbo dicens: „Domine, ostende nunc virtutem tuam“, et tantum praeponderavit altius, quam mercator dixit: „Non possem emere pro toto meo argento; sed accipe, quantum vis, et dona mihi, quia, quae derisive faciebam, nunc fideliter peto“; illa accepit, quod sufficeret ad reditum in patriam, et narravit, quomodo servus Dei dixerat: „Vade et vende; vel dona, et donabitur tibi“. De buffone, quem haeretici praeparaverant sibi dicentes: „Serva evangelium: comedite, quae apponuntur vobis“, qui in capponem conversus est. Usurarii cor inter pecunias inventum ad praeceptum ejus, cum praedicaret in funere ejus et diceret: „Mortuus est dives et sepultus est in inferno“, plures convertit ad Christum.
